

,, Vide, quid decernat Gennadius, Isidorus, Marc us Xy-
 ,, locarabes Patriarchæ post captam Conitantinopolim.
 ,, Ne nos mendacii accusetis, horum Antilitum vestro-
 ,, rum decreta toti Græciæ proposuit Canonarcha vir Pho-
 ,, tianus (*de vi Canonum c. de Epistola Tarasii*:) ex quo
 ,, partem Gennadiani Synodici, quod relati successores
 ,, Gennadii iterum iterumque confirmavere, depromi-
 ,, mus. In ea tota Tarasii Epistola (*Ad Adrian. 1. de Si-
 ,, monia*] non ut extat penes Margunium [*in not. ad Me-
 ,, taph. in vita S. Tarasii circa fin. & in Jur. Græc. lib. 3.
 ,, Tom. 1. Sent. Synod. lib. 1. pag. 190.*] a Photianis mo-
 ,, rionibus corrupta, atque Adrianum Romanum Pontifi-
 ,, cem criminis hujus accersens; sed ut scripta est, sum-
 ,, mis laudibus Antilitem summum exornans, exponitur.
 ,, Ea recitata, sic Synodus jubet: *καὶ τὰντα σεμνῶς τὰρ-
 ,, σιος ὁ Δῆος, ἔ ἐπόμεινοι οἱ ταπεινοὶ καὶ ἐλάχιστοι μετὰ παρρη-
 ,, σίας ὀπλόμεν.* &c. *Atque hæc graviter divinus Tarasius:*
 ,, *quem nos humiles & minimi sequuti, confidenter edi-
 ,, cimus, ut quisque hac impietate procul ablit, neu quis-*
 ,, *quam faxit quod hætenus factum est. Audivimus enim*
 ,, *& vidimus, omnia sacra vendi, vel ipsa & verenda*
 ,, *Mylleria, quæ quum gratis acceperimus, gratis dare de-*
 ,, *bemus. Qui hoc facit vel tentat, si Clericus, depona-*
 ,, *tur; si laicus, e Christianorum coetu eliminetur: neque*
 ,, *audeat quisquam ei veniam dare, etiamsi peniteat, nisi*
 ,, *nobis, aut successoribus nostris Synodice id jubentibus.*
 ,, Hæc initio sæculi xvi. Græcia Synodice, post quæ ni-
 ,, hil amplius: quippe Patriarchis deinceps non nisi per
 ,, simoniam Infulas aucupantibus, ut Chronographus ipse
 ,, vester Matthæus Cicala [*In nova Synopsi pag. 438. &*
 ,, *deinceps*] fatetur, nec mirum: non poterant enim
 ,, deinceps Patriarchæ vestri Oecumenici, quod superius
 ,, Gennadius jactavit, asserere: *Quæ gratis accepimus,*
 ,, *gratis damus;* aut subjectis sibi Præsulibus sacrificulif-
 ,, que ex eadem formula imperare: *Quæ gratis accipi-*
 ,, *stis, gratis date:* potius facto dicebantque, & dicunt:
 ,, *Quæ pretio accepimus, pretio damus,* atque adeo vos
 ,, quoque: *Quæ pretio accipitis, pretio date.* Quare in
 ,, fine